



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

SVPREMAM PIETATEM
 VENERANDAE
 MATRONAE
CLEOPHES
SALOMES
LOESCHERIAE
 NATAE
SITTIGIAE
 IPSO EXEQVIARVM DIE
 TESTATVRVS
f.
L. HENRICVS GOTTLIEB SCHNEIDER.
 VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.





Heu mea mens miseros imo de pectore
planctus
Profer, nam iusti causa doloris adest.
Occidit ante diem, qua, casto foedere
iuncta

LOESCHERIANA DOMVS, perstitit atque
cluit

TE puto MATRONAM, nulli uirtute secundam
Foeminei sexus et decus atque caput.

Nam quae plerumque in multis diuisa uidemus
Illa, TIBI soli, dona fuere data.

Efferat ista genus, quod tali sanguine creta,
Qui cedat nulli, nobilitate sua.


Non minor est ortus, quem TV de stemmate ducis,
Cuius perpetuo Nomen honore uiget.

Est hoc, SITTIGIANA DOMVS, quae Numinis
aura,

Grata fuit Summis, Principibusque Viris.
Quaeque oris sacri pollebat flumine tanto,
Quanto illo, potuit, tempore, uix alius.

Illa suam laudet decus inuiolabile frontis,
Quasque ipsi praefert mens animosa faces.
Nunquam uisa TVAE rarae certamina formae,
Et qui fulgebat gratus in ore uigor.
Quin animos secum traheret, raperetque per auras,
Jungeret et dulci compede colla sibi,
Non aliter, uelut attonitus cum subditus haeret
Qui primum Regis conspicit ora sui.
His coniuncta fuit mentis solertia tanta,
Falleret, ut fraudis nescia, saepe dolos.
Est aliquid, fateor, scenae seruire locoque
Et cuius apta pandere uela noto.
Sed lateat uereor ne sub uelamine tanto
Impietas nequior, quae nocet ipsa sibi.
Hos scopulos uitans, ceu multis osibus albos
Nostra, DEO uixit, tum quoque tota sibi.
Haec iactet sobolem numerosam, pignora chara,
Mutuus amborum quae generauit amor.
Quodque domus teneat leges, et temperet aequis
Partibus, imperii iura cuique sua.
O quam saepe uirum TV pulchra prole parentem
Fecisti, quoties non uterus tumuit?
Nam TVVS ante TORVS, prope tot distingui-
tur astris
Quot medio in coelo signifer astra gerit
Quae domibus stabunt, nullo discrimine casus
Obruta et aeterna TE pietate colent.

Tum uero tantis priuata negotia curis
Tractasti, ut fuerit, TE duce, salua domus.
Tot MATRONA tuo seruabas pectore sancto
Numina, sed quae nunc abstulit una dies.
Jam cur non paterer rigidos decurrere nimbos
Et totum fieri sinciput oceanum ?
Ast ego uana queror, nec sufficit ulla dolori
Naenia, nec lacrymis uincitur illa meis.
Sola decent nostros obscura silentia luctus,
Atque stupor, quo fit par dolor ille malis.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



SVPREMAM PIETATEM
 VENERANDAE
 MATRONAE
CLEOPHES
SALOMES
LOESCHERIAE
 NATAE
SITTIGIAE
 IPSO EXEQVIARVM DIE
 TESTATVRVS
f.
L. HENRICVS GOTTLIEB SCHNEIDER.
 VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

